

1728.

1. Estor, Joannes Georgius: De jure Revolutionis. Rec.
1738
2. Kayserus, Dr. Frider: De Diverso imperii et domini
jure.
3. Kayser, Dr. Frider: De poena degradationis tam ecclesies
licae quam civitis.
4. Wahl, Dr. Fridericus: De jure protiniscas sive
retractus territorialis perpetui.
5. Waldschmidt, Georgius Wilhelmus: De jure ultionum.
6. Waltherus, Henricus Andreas: De contractibus sum-
morum imperantium.

1729.

Senckenberg, Henricus Christianus: De jure ac privilegio
Solis italicumque in concursu creditorum tam in genere,
tam in specie, quoad mulieres Judaeas, ad uxorem Regum
Romanorum, Germanicarum, reformationis patris, Coronati
Sini, status Indiarum.

1730.

Schulzinger, Samuel: De pauperibus in camera
liberantibus. Rec. 1752.

1731.

1. Clauser, Fratr. Christoph: De sententiis peritoris
in camera imperiali, unitatis
2. Lerman, Cas. Fidericus: De communicatione bonorum conjugum
secundum jus Salicense considerata

1732

1. Haysenus, Fr. Fideric. De aequali statu imperii
origine et progressu. 2. Sect. 1732: 1746.
2. Knesel, Christoph Fider: De actione Pauliana
3. Steimig, Franes Michael: De speciemus usuris
4. Wahl, Joh. Fidericus: De actionis et. Fione pro bellum
secundum jus commune.

ingeb

erii

Hum



[Faint, illegible handwriting in a cursive script, likely a list or index of names and dates.]



DISSERTATIO INAUGURALIS JURIDICA,

DE

JURE
ULTERIORUM

QUAM

ADJUVANTE DIVINA GRATIA

EX DECRETO

ILLUSTRIS FACTORUM ORDINIS

IN

ALMA LUDOVICIANA

PRO LICENTIA

SUMMOS IN UTROQUE JURE OBTINENDI

HONORES ET PRIVILEGIA

DOCTORALIA,

AD DIEM 24. NOVEMBRIS MDCCXXVIII.

EXCELL. ACAD. PROCERUM

PUBLICO EXAMINI SUBMITTIT

GEORGIUS WILHELMUS

WALDSCHMIDT,

WEZLARIENSIS.

GIESSÆ.

Typis Vid. Jo. Reinh. Vulpüi, Acad. Typogr.

Cam.
1728, 5-5
485

Franz Joseph
Lauberbach

UT FERIORUM

ADVAVTE DINA GRATA

EX D. CRETO

ALM. LUDOVICIANA

PRO LICENTIA

DOCTOR

WAL

GEORG

WAL

WAL

WAL

WAL

WAL

WAL

WAL

WAL

WAL

WAL

WAL





PRÆFATIO.

LECTURO SALUTEM!



X quo mihi constitutum erat conscribere dissertationem inauguralem, in eligendo aliquo themate hucusque me ancipitem fuisse ingenue fateor, idque eo magis, quod animadvertentem in universa fere jurisprudentia vix aliquam materiam reperiri, quæ non ab erudito orbe, tractatibus, scholiis, paraphrasibus, commentariis &c. dudum fuerit exposita atque illustrata. Et sane ab omni ulteriori indagatione propterea abstinuissim, nisi probe scivissim, quod Candidati graduum academicorum obstricti sint, suos qualescunque profectus in velitationibus publicis ostendere. Hinc factum, ut,

A 2

quum

quum subinde observavi, Recessibus reproductionis in Imperiali Camera usitatis, hanc clausulam inferi: **Weilen** terminus gewesen; **So will erscheinen vernehmen** / nemine comparante, bitte ruffen / *eo decreto & facto, ulteriora reservans*, percommodam crediderim mihi exinde suppeditari occasionem pro virium tenuitate edisserendi de *Jure ulteriorum*.

Et quemadmodum in subsequenter meditationibus animadverti, ejusmodi juris effectus per totum fere jus ac processum judicarium, quin omnes ejus species esse dispersos & diffusos; Ita etiam maximopere eo adnitus sum, ut clare & distincte illud demonstrarem; Licet ceteroquin haud inficias iverim, multo accuratius, multoque solidius, quam in praesentiarum factum, hanc materiam proponi potuisse: Quippe qui nihilo secius interim spero, à **LECTORE BENEVOLO** me excusatum iri, si consideraverit, esse illud laborem à viro majore lectione exercito, ac in praxi judicaria versatiore, praestandum. Vale, & Conatibus meis fave.



CON-



CONSPECTUS
TRACT. GENERALIS,
DE
JURE ULTERIORUM.



Vocabuli ulteriora Homonymia, §. 1. Synonymia, §. 2. Definitio generalis juris procedendi ad ulteriora quatenus sc. hoc vocabulum ad negotia judicialia adplicatur, §. 3. Exhibentur quatuor modi quibus vel ex parte Judicis, vel litigantium, unius, vel utriusque partis ad ulteriora proceditur, §. 4. Scilicet primo Judex progreditur ad ulteriora ex officio in eadem causa, in qua appellatum, si revocet adpellationis vel inhibitionis gravamen. Sc. Judex ordinarius, non delegatus. Hinc etiam delegantem gravamine a se revocato, procedere posse in causa, evincitur,

A 3

citur, §. 5. In causis criminalibus & Ecclesiasticis licet ab Imperii statibus ad summa Dicasteria fuerit provocatum, tamen hi ad ulteriora recte procedunt: Quemadmodum in genere iudicium integrum erit procedere ad ulteriora, si in causis ceteroquin appellabilibus appellandi forma fuerit neglecta, §. 6. Vel inhibitio nondum decreta in casu adpellationis a sententia simplici, adpellabili tamen, vel si in causis alimentorum & cambialibus appellatum, §. 7. Porro etiam in causis quarum summa evidenter adpellabilis non est, vel si coram notario & testibus interposita adpellatio Iudici nondum insinuata, vel etiam in iis causis ubi literis pro informatione prius decretis expresse denegata est temporalis inhibitio, §. 8. vel si petens restitutionem in integrum explorationi suae probabilem fumum non fecerit, vel si in causis adpellationum litera informatoria requisita tempore statuto non exhibeantur, §. 9. Vel quotiescunque pars committit moram in concludendo, vel si concludere nolit, §. 10. Secundo Iudex ex pregnantibus causis alteri omnibusve partibus petentibus ulteriorem processum permittit. Id quod etiam ex justa ratione facere poterit, in casu legitimationis nondum factae, vel etiam quando consors de rato cavet, vel in puncto Executorialium quandoque, §. 11. Tertio, à Iudice parti singulisve nonnunquam injungitur, ut ulterius progrediantur, §. 12. Quarto, agitur remissive de modo, quo alterutra partium ob adversarii contumaciam ad ulteriora procedere potest. Et simul datur definitio specialis juris procedendi in hac quarta significatione summi, §. 13. Denique ostenditur connectio sequentium duarum sectionum, §. 14.

CON-


CONSPECTUS
TRACTATIONIS SPECIALIS,
ET QUIDEM SECT. I.

DE
JURE ULTERIORUM,
RATIONE JURIS ET PROCESSUS
COMMUNIS.

Supponitur, citationem esse Judicii initium, & traditur distinctio inter citationem monitoriam & arctatoriam cum suo diverso effectu, §. 1. Cujus ratio diversitatis suppeditatur, qua ostenditur cur in casu emissa citationis arctatoria, absque renovatione citationis vel aliqua peremptoria actus expediendi in termino citationis, non ita confestim in contumaciam expediuntur, uti in casu decreta citationis monitoria, §. 2. Sed quod tunc distinguendum sit, utrum actor: utrum reus emanat. Priori casu, citatio non solum habetur pro circumducta, atque ita reus absolvitur a citatione &c. sed etiam absolutionem ab actione petere potest, §. 3. Posteriori casu, subdistinguendum, reum ad dilatoriam citationem, aut ad peremptoriam emanasse, Priori casu citatio solum renovatur, cum reservatione expensarum. Posteriori contra, actor etiam in causa principali progreditur, §. 4. De qua processione in causa principali, in sequentibus agitur, & hinc hic de connectione, §. 5. In causis ordinariis, tunc sc. in casu citationis peremptoriae, lis habetur pro negative contestata, quo ipso omnes
exce-

*exceptiones dilatorias reus amittit, §. 6. Si reus contumax est in non respondendo, habetur pro confessio, §. 7. In causis Executivis reus ita citandus est, & quidem sub prejudicio, antequam contra illum executio decernenda, §. 8. Id quod etiam in causis cambialibus observandum, priusquam juxta severitatem juris camb. contra reum procedatur, §. 9. In causis confistorialibus proceditur, hic eodem modo, quo in causis ordinariis. In processu desertionis deserens non comparens, declaratur pro confessio & convicto, atque tum matrimonium dissolvitur, §. 10. Regulariter quidem nunquam proceditur ad ulteriora, nisi citatio rite fuerit insinuata, & contumacia non comparentis accusata, §. 11. Quandoque tamen iudex etiam ex officio contumacem punire potest, eoque ipso ad ulteriora progredi, §. 12. In causis concussus creditorum iudex ceteraque partes litigantes etiam aliquando procedunt ulterius, vel ratione creditorum, vel debitoris, heredumve ipsius, vel contradictoris, contumaciter emanentium, §. 13. Nimirum unus alterve creditorum si ad citationem edictalem non compareat, reliqui in puncto liquidationis & prioritatis pergunt, §. 14. E contrario documenta a parte creditorum producta in casu non comparentis Curatoris bonorum, habentur pro recognitis, atque tum contra illum executive proceditur, §. 15. In causis Criminalibus distinguendum, inter delinquentem statim aufugientem, & eum qui effracto carcere, sibi fuga consuluit, & denique inter adhuc in vinculis detentum. Primo casu subdistinguendum inter probabiliter in vicinia latitantem & eum, de cujus latitatione nulla habetur certa scientia. Priori casu, quandoque literae patentes incarcerationis, circumcirca ablegantur, posteriori contra, citatio edictalis decernitur, ad quam criminis perpetrator suppli-
cat*

cat pro salvo conductu, vel in citationis termino plane non comparet, §. 16. Hoc ultimo casu distinguendum, inter jus Romanum & mores hodiernos, juxta illud aufugiens adnotatur, bona ejus obsequantur, &c. juxta hos & quidem extra Saxoniam, ultra hanc honorum adnotationem non proceditur, §. 17. Quo simili modo etiam proceditur in secundo casu, §. 18. In tertio denique casu, inquisitus vel plane non, vel tamen ambigue respondet ad articulos inquisitionales. In hisce casibus distinguendum inter delicta leviora & capitalia; in illis vel captis pignoribus &c. ad respondendum compellitur, in hisce quandoque per torturam, §. 19.



CONSPECTUS
TRACTATIONIS SPECIALIS,
ET QUIDEM SECT. II.
DE
JURE ULTERIORUM,
RATIONE JURIS ET PROCESSUS
CAMERÆ IMPERIALIS.

Causa ad Judicium Camerale quibus modis devolvatur. Citatio tanquam essentialis processus requisitum, in omni causa & Judicio requiritur, §. 1. Igitur in Citationis termino actore vel appellante non agente, reo appellatore petendum est proclama, vel, ad minimum intra proxima

B

sec

sex Juridicas, ceteroquin terminus habetur pro circumducto. Sex juridicis vero post decretum proclama elapsis, proceditur in contumaciam, §. 2. Reo appellato in termino non comparente, etiam actor sive appellans petet proclama, §. 3. Atque idem fere observatur ut in §. preced. 2. dictum, §. 4. Connexio sequentium §. §. exhibetur, §. 5. In causis citationum distinguendum inter actorem in termino non agentem, & reum in illo non comparentem, priori casu sex Juridicis post factum proclama elapsis, Reus alternative vel absolutionem a citatione, vel ab actione, rogabit, §. 6. Si appellans ad producendum libellum dilationem impetraverit, dilatione illa frustra elapsa, adpellatus non procedere poterit in causa principali, nisi adpellationi adhaerit, §. 7. Quo casu suum libellum cum actis prioris instantiae producere, vel ad illa submittere potest; sicut reus etiam actoris libellum tum reproducere debet, & suas contra hunc oppositas exceptiones probare, §. 8. An reus absolvi malit, ab instantia, an ab actione, consilii magis, quam juris esse evincitur, §. 9. Posteriori casu, sex Juridicis post factum proclama circumactis, actori olim tres viae competebant, 1. ad bannum imperii, 2. immisionem in bona, & 3. procedendum in causa principali, sed post R. Imp. nov. duae priores sunt abrogatae, relictum solum tertia via, §. 10. In qua lis accipitur pro negative contestata, atque actor ad probationem sui libelli admittitur, §. 11. Qui libellus quandoque probatur per documenta, vel testes

tes, §. 12. In causis mandatorum S. C. hodie auctori integrum est alternative petere mandatum, auctius, vel de exequendo, §. 13. Hinc reo in reproductionis termino non comparente, & elapsis post factum proclama sex juridicis, actor alterutrum postulat, §. 14. Sed in causis mandat. C. C. tum postulanda est citatio ad videndum se declarari in pœnam mandato insertam §. 15. Et reo iterum emanente, declaratur in pœnam mandato insertam & mandatum de exequendo decernitur, §. 16. In causis adpellationum distinguitur inter adpellantem & adpellatum. Is si non comparet vel quacunq; iudicii parte emanet, adpellatus alternative petere poterit absolutionem a citatione vel ab actione, §. 17. Priori casu post reproductionem citationis & factum proclama, absolutio a citatione adpellato roganda. Posteriori casu, ad acta priora submittere, vel libellum suum exhibere & desuper procedere tenetur, §. 18. In quibus casibus tamen, formalia adpellationis ab adpellato prius sunt justificanda, §. 19. Adpellato vero non comparente, adpellanti quoque, uti auctori, olim tres via competebant, sed hodie tertia via procedendi sc. in causa principali tantum est in usu, §. 20. In qua adpellans suum libellum reproductum probare debet per documenta, vel per testes, vel etiam ad acta priora submittere potest, §. 21. Interim ratione tutorum atque curatorum in non comparendo contumacium hic exceptio est, atque in causis prima & secunda instantia tantum procedi-

ceditur ad bannum vel immissionem in illorum bona, §. 22. Id quod etiam fieri debet si tutores contumaces sint in non agendo, §. 23. Licet hodie banni pœna ex stilo non amplius frequentetur, sed ejus loco immissio in tutoris bona, §. 24. Si Reus contumax est in non respondendo, aëtor petet ut libellus acceptetur pro confessato & via proponendi defensionales præcludatur, §. 25. quamvis aëtor consultius faciat petendo, ut ad probationem sui libelli admittatur, §. 26. Et hoc factò, libellum suum pro confessato antea acceptatum i. e. sicte probatum nunc vere per testes &c. probet, §. 27. Nam tum reus non ita facile, ac in priori casu, sententiam ex vera nunc probatione latam, mediante restitutione in integrum retractabit, §. 28. Indagatur ratio, ex qua contumacia comparentis major habeatur, contumacia non comparentis, §. 29. Et licet in notis ad §. præced. ex Brunnemanni Jur. Eccles. & hic ex Gailii observ. rationes nonnullæ proferantur, §. 30. Nihilò tamen minus hæ ipsæ auctori non videntur adequata, adeoque ab ipso statuitur, hic mera decisionis civilis, cujus ratio reddi non posset, esse exemplum, id quod adnexo simili probatur, §. 31.



DE
JURÉ ULTERIORUM
TRACTATIO GENERALIS.

§. I.



Verbum *ulteriora*, diversos habet signi-
 ficatus, tam judiciales, quam extraju-
 diciales. Ratione *horum*, denotat omne
 id, quod in pactis aliisque negotiis, quo-
 tidie in vita civili occurrentibus, forsan
 omiffum, adeoque fupplendum fit. v. gr.
 in pactis dotalibus quandoque hæc ha-
 bentur: **Aber alle übrige Fälle und Begebenhei-**
ten / darenthalben nichts speciales hierinnen disponiret
 und verabredet worden / sollen entfchieden werden / nach
 denen Statuten, wohl hergebrachtten Gewonheiten und
 jure communi. Quemadmodum fequentia in fine ratio-
 num, nonnunquam inveniuntur: *Salvis ulterioribus*: i. e.

B 3

mit

mit reservirung aller derjenigen Posten so man noch etwa möchte vergessen haben. (a) Ratione vero *il-
lorum*, judicialium sc., significat omnem actum, qui in
quolibet processu ac iudicio *vel necessario sequi debet*: v. gr.
si citato non comparente ad citationem ad totam cau-
sam, absque nova citatione, procedatur ad ulteriora, i. e.
vel ad pœnam, vel in causa ipsa: (b) vel quando alter-
utra litigantium, positis terminis habilibus, in processu
pergat: (c) vel si iudex ad executionem ceu litis finem,
aut ad torturæ decretum progrediatur: (d) *Vel regulariter
sequitur, aut sequi potest*. v. gr. Quando Procuratores, præ-
cipue Camerae Imp. in suis recessibus inter alia, etiam se-
quentia recitant: Im übrigen behalte mir auff die gegen-
theilige unterthänigste Anzeige, und eventual-Bitte lo-
co exceptionum, die Nothdurfft in termino legali be-
vor. So kan gegentheilige Bevlagen nicht recognosci-
ren; Sondern bitte cassationem mandati & absolutionem
à citatione cum expensis, eventualiter & quatenus opus,
alteriora reservans. Item bitte der Exceptionum notori-
scher

(a) Vid. CRAMER. Man. Proc. Judic. Imp. Aulic. *Seff. l. c. 4. pag.*
78. lin. 6.

(b) LYNCKER de Grav. Extraj. c. 3. p. 4. §. 8. n. 4. huc etiam suo
modo spectat textus in C. O. C. p. 1. tit. 33. §. 3. add. de nullitate
processus & recufatione Judicis semel transmissa MEV. p. 6. dec.
126. n. 1. & 2.

(c) GAIL. lib. 2. obs. 17. n. 5.

(d) LYNCK. d. Tract. c. 8. §. 5. n. 3.

scher irrelevantz halber gnädigst förderlich Urthel / weiß auch dahero in gegentheilig impertinenter begehrte publicationem actorum nicht zu consentiren / *in eventum ulteriora replicando, si opus vorbehaltend.* Ohngestanden eines spoliū, behalte mir auff diesen recess, die behörige Nothdurfft *per expressum* bevor. (e)

§. II.

Ratione *actuum extrajudicialium*, non inepte loco vocabuli ulteriora, voces: *reliqua, & cetera, plura*, adhibentur: Intuitu vero *judicialium*, sequentia: *ulterior in causa processio, (f) processus judicis ulterior, (g) via ad ulterius agendum. (h)*

§. III.

His ita absolutis, jus procedendi ad ulteriora, quatenus hoc vocabulum ad negotia judicialia adplicatur, *in genere definiendum* censeo: Quod sit *facultas progrediendi ad ulteriora causa & processus, competens judici & partibus litigantibus.*

§. IV.

(e) Olim nuda specialis ulteriorum reservatio Procuratoribus erat licita, vid. C. O. C. p. 3. tit. 49. §. 17. sed hæc per decretum generale de 13. decembr. 1659. §. Zum fünfften / wird sowohl 2c. §. hodie est prohibita, atque eum in modum, uti in præcedentibus ostensum, petenda.

(f) LYNCK. de grav. extraj. c. 8. §. II. n. 5. & CRAM. Man. Proc. Jud. Imp. aul. Sect. I. cap. 2. §. 41.

(g) LYNCK. d. c. 8. §. 10. n. 1.

(h) CRAM. Man. Proc. Jud. Imp. Aul. d. c. 2. §. 43.

§. IV.

Hæc ut paulo fiant dilucidiora, notandum : Quod iudex nonnunquam procedat ad ulteriora vel (1) ex officio, sive hoc implorato, vel (2) alteri omnibusve partibus petentibus ulteriorem processum permittat, vel (3) parti singulisve injungat, ut ulterius progrediantur, vel denique (4) alterutra partium prodeat ad ulteriora ob adversarii contumaciam. Videamus de singulis.

§. V.

Et quidem *primo*, Magistratui integrum est ex officio progrediendi ad ulteriora, adpellatione non obstante, si revocet gravamen, cujus ergo adpellatum vel inhibitum, (i) ratio inproptatulo est: quod pars antea gravata, hoc modo nullam habeat conquerendi causam. Loquimur autem hic de iudice ordinario, nam intuitu delegati, res sese paulo aliter habet: siquidem hic adpellationi deferendo, omni jurisdictione se abdicavit & reputatur privatus, (k) id quod secus est in iudice ordinario, cujus imperium in partem per provocationem neutiquam in totum extinguitur. (l) Hinc quoque statuo, delegantem posse pro-

(i) LYNCK. d. rr. & cap. §. 2. n. 11, pag. 664. BLUM. Proc.

Cam. tit. 54 n. 7. MEV. p. 8, dec. 4.

(k) Cap. 32. X. de offic. & potest. judic. deleg. GAIL. lib. 1. obs.

35. n. 4.

(l) LYNCK. d. §. 2. n. 10. add. BLUM. P. C. d. tit. 54. n. 7.

procedere in causa, gravamine cuius ergo adpellatum à se revocato: quia iudex est competens. (m)

§. VI.

Nonnunquam causa ejusdem est qualitatis, ut quoad articulos principales omnem ulteriorem cognitionem respuat, quo nomine veniunt causa criminales, (n) ecclesiastica (in quibus etiam matrimoniales & de decimis in petitorio numerantur) (o) adeoque si in ejusmodi causis ab Imperii statibus ad summa dicasteria fuerit provocatum, non attentis ejusmodi appellationibus, iudex inferior fundatam habet intentionem procedendi ad ulteriora & executionem; (p) Quemadmodum & tum, ubi in causis ceteroquin adpellabilibus adpellandi forma fuit neglecta: Quid enim si appellatio confuse fuisset intentata, à gravaminibus illatis & inferri comminatis? (q)

C

§. VII.

(m) Vid. l. 1. ff. quis a quib. app. & l. 32. §. 3. Cod. de appell. add. RULAND de Commiss. p. 1. lib. 5. cap. 13 n. 4. seqq.

(n) MEV. p. 2. dec. 272. & 323. LYNCKER de grav. extraj. cap. 6. §. 22. seqq. add. Dn. LAUTERBACH. Colleg. Theor. Pract. lib. 49. tit. 5. §. 4.

(o) Perillustr. Dn. Adessor de LUDOLF. in Comment. Syst. Sect. 1. §. 14. n. 31.

(p) Vid. de hac mat. BLUM. Proc. Cam. tit. 46. n. 56. 57. & 58.

(q) Sunt verba LYNCKERI d. tr. cap. 8. §. 5. n. 3. pag. 667.

§. VII.

Similiter ubi a sententia interlocutoria simplici, adpellabili tamen, sumtus est recursus, Judici data est potestas proeundi ad ulteriora, donec inhibitio contra illum decreta. (r) In alimentorum presentium & futurorum causis, & in cambiis, non etiam iudici prohibitum pergere ad ulteriora, licet in illis adpellatio fuerit interposita, ex ratione: quia in hisce casibus provocatio regulariter solummodo effectum devolutivum habet, non etiam suspensivum. (s)

§. VIII.

Porro si in causis quarum summa evidenter non adpellabilis est, interponatur adpellatio, posthabita hacce adpellatione, iudex procedet ad ulteriora; (t) Sicuti quoque ulterius progredietur (donec contra eum decreta inhibitio doceatur) si coram notario & testibus interposita appellatio, ipsi haud insinuata sit. (u) Id quod porro obtinet in iis causis, ubi pro mandato quidem supplicatum, sed cujus loco litera pro informatione prius decreta sunt, quibus vero expresse denegata est temporalis inhibitio: nam in eiusmodi casibus iudicem procedere posse ad ulteriora, in aprico est.

§. IX.

(r) LYNCK. *d. tr.* §. 8. n. 4. pag. 673. add. BLUM. *Proc. Cam.* tit. 54. n. 21.

(s) BLUM. *d. tr.* tit. 46. n. 61. §. 62. §. tit. 54. n. 20.

(t) BLUM. *d. tr.* §. tit. 46. n. 7. *Rec. Vist.* nov. 1713. §. 49.

(u) *C. O. C.* p. 2. tit. 32. §. 7.

§. IX.

Si etiam petens restitutionem in integrum, implorationi suæ probabilem fumum sive justum odorem, non faciat, merito iudex implorantem ad parendum interea adstringet: (x) Similiter in causis adpellationum si literæ informatoriæ requisitæ, statuto tempore non exhibeantur, iudex decernere potest processus in contumaciam non informantis. (y)

§. X.

Denique pars quotiescunque committit moram in concludendo, iudex vero causam deprehendit sufficienter instructam ad decisionem, illa habetur in contumaciam non concludentis, pro conclusa; (z) Si vero non instructa sit, injungitur conclusio sub præjudicio sententiæ in contumaciam non agentis ferendæ. (aa)

§. XI.

Secundo alteri omnibusve partibus petentibus ulteriorem processum permittit iudex, si ex prægnantibus causis adpareat, quod pars altera ad adversarii producta necessario sit audienda, quo pertinent sententiarum cameralium ap-
 C 2 pen-

(x) Perillustr. Dn. Adfessor de LUDOLF. in Comment. Syst. Jur. Cam. pag. 323. n. 63.

(y) Cit. Dn. de LUDOLF. d. Comment. Syst. pag. 255. lin. 12.

(z) Dn. de LUDOLF. d. tr. Sect. 2. §. 4. n. 19.

(aa) Vid. Dn. de LUDOLF. d. l.

pendices: (*bb*) Qm etiam iudex ex justa ratione ulteriora causa & processus recte permittit, quamvis legitimatio nondum facta, v. gr. nondum instructus sit curator absentis; id quod etiam tunc facere solet, quando confors de rato cavet: (*cc*) Quemadmodum in puncto executorialium id etiam quandoque fit, ut sc. utrique parti concedatur facultas ad ulteriora procedendi. (*dd*)

§. XII.

Tertio, iudex parti singulisve nonnunquam *injungit*, ut ulterius progrediantur, sicuti videre est ex sententiis cameralibus. (*ee*)

§. XIII.

(*bb*) Vid. BLUM. Collect. Sententiar. Cam. n. 246 in verb. und ist Lt. W. zu fernerer Handlung hiemit gelassen. n. 960. in verb. dann in puncto dictæ citationis, ist Lt. Z. zu der am 31. Aug. geberhener Handlung / gelassen. Et in mantissa sent. Camer. n. 36. in verb. Und Gegentheil ad ulteriora gelassen seyn soll.

(*cc*) LYNCK. de grav. extraj. cap. 3. p. 2. Sect. 1. m. 1. §. 11. n. 4.

(*dd*) Vid. C. O. C. p. 3. tit. 57. §. 2. ubi in verb. Es geben dann Cammer-Richter und Beysiger / aus mercklichen erfundenen ehehafften Ursachen / mit einer gesetzten förderlichen Maas / weiler Zeit / fernere Handlung vor und ein zu bringen.

(*ee*) Conf. BLUM Collect. Sent. Cam. n. 5. " Sondern ihme acta vorzubringen / oder was sich sonst zu handeln gebühret / Zeit 2. Monath pro T. & P. von Ambeswes g'n angesetzt 2c. n. 36 " Sondern ihme was sich auff die am 29. Mart. 1652. durch weyland Dr. B. eingekommene Folgeleistung

§. XIII.

Quarto, quo vero modo alterutra partium ob adversarii contumaciam procedit ad ulteriora, ex sequentibus evcescet. (ff) Et hic jus ulteriorum definimus, quod sit facultas in iudicio procedendi, vel in puncto incidenti, vel causa principali, competens parti, ob contumaciam adversæ partis, non comparentis, non agentis, & non respondentis.

§. XIV.


Ad confusionem evitandam, omnium primo necessarium duximus in diversis sectionibus agere de iure ulteriorum, in hoc quarto significato sumto, & quidem (1) ratione juris & processus communis, (2) ratione juris & processus Camera Imperialis.

C 3

TRA-

leistung sambt Beylagen in specie zu handeln gebühret/Zeit
2. Monach pro T. & P. von Ambrswegen angesetzt. add.
Dni. Adlelloris de LUDOLF. & DECKHERRI Coll. et. Sentent.
Cam. ubi fere ubivis ejusmodi sententiarum formulæ occurrunt.
Huc quoque spectat locus qui habetur in ordinat. Jud. Imp. Aul.
FERDINANDI III. tit. 5. §. 3. in verb. Wann aber in einem
noch nicht zu End vollführten Processu, die Partheyen per interlocutoriam zu weiterer Verfabrung in specie anzuweisen zc.
(ff) Hactenus egimus de facultate ad ulteriora procedendi, iudici legitime procedenti, competente; Sed quid si Judex de facto ulterius procedat? Resp. tunc appellationi locus datur. MEV. p. 2. dec. 293. ibique n. 1.

FINIS TRACTATIONIS GENERALIS.



TRACTATIO SPECIALIS,
 ET QUIDEM
 SECTIO PRIMA,
 DE
 JURE ULTERIORUM.
 RATIONE JURIS ET PROCESSUS
 COMMUNIS.

§. I.

UT nunc ordine incedamus, supponendum, quod citatio sit initium judicii, ^(a) & deinde distingua-
 mus, inter citationem monitoriam & arctatoriam.
 Igitur si emissa citatio, est monitoria, tum parte
 citata emanente, statim proceditur in contumaciam i. e.
 actus expediendi in termino citationis nihilominus expe-
 diuntur v. g. juramenta testium præstantur, rotulus publi-
 catur,

(a) Vid. LYNCKER, de grav. extraj. cap. 8. §. 51. n. 12. pag. 747.
 conf. tamen idem in Analect. ad Instit. Locameri lib. 4. tit. 16.
 §. ult.

catur, acta inrotulantur; (b) Sin contra citatio erit arctatoria, non ita facile ac confestim in contumaciam proceditur.

§. II.

Hinc adeo non inepte quæritur, quanam sit diversitatis ratio? respondetur, quia præjudicium citato oriens expeditione actuum horum, quorum intuitu citatio monitoria decreta, non adeo magnum est; Ideo etiam absque hujus citationis renovatione vel aliqua peremptoria, in contumaciam ejusmodi actus expediri nihil prohibet; (c) E contra præjudicium quod citatus sentit expeditione actuum, quorum ratione arctatoria citatio emissa, quoniam est magnum magnique momenti; Hinc sine reiterata citatione non proceditur in contumaciam, i. e. documenta pro recognitis non agnoscuntur, atque lis pro negative contestata non statim habetur. (d)

§. III.

Sed tum probe distinguendum, num ad citationem arctoriam actor: num reus emanat? *Priori casu*, si sc.
actor

(b) LUDOV. *Einleitung zum Civil-Process. cap. 10. §. 8.* & quidem ita in civilibus observatur: nam in criminalibus ad introtulationem actorum, & iis remissis, ad inspectionem sigilli, de praxi fere universa non citari solet inquisitus, sed male, vid. BRUNNEM. *Proc. Crim. cap. 8. m. §. n. 11.* Hinc etiam in judicio criminali Wetzlarienti merito contrarium obtinet.

(c) LUDOV. *im Civil-Proc. d. cap. 10. §. 8.*

(d) LUDOV. *d. tr. & cap. §. 7.*

actor in citationis termino non agat, duplici modo contra eum procedi potest. Nam *primo*, citatio habetur pro circumducta, (e) id quod practici nuncupant circumductionem termini, (f) vi cujus circumductionis reus petit absolutionem à citatione, vel ab instantia, seu observatione iudicii, (g) una cum restitutione expensarum, (h) tam ante, quam post litis contestationem causatarum, (i) & cautione de prosequenda lite, (k) si sc. actor de novo agere velit, (l) atque priusquam impense ac dicta cautio præstita sint, citatus respondere non tenetur. (m) *secun-*

(e) Vid. l. 73. §. 1. & 2. ff. de iudic.

(f) BLUM. Proc. Cam. tit. 66. n. 8. 9. & 10. HILTROP. Proc. iudic. p. 2. tit. 7. m. 2. n. 6. Der Proceß ist gefallen / DECKHERR. ad KOCH. O.C. p. 3. tit. 12. n. 51. add. S. 2. §. 2.

(g) Vid. d. l. 73. §. 1. ff. de iudic. l. properand. 13. §. 2. Cod. eod. ceteroquin probe notandum, quod inter absolutionem ab instantia, observatione iudicii, & absolutionem a citatione, non sit differentia, sed sint synonyma, vid. DECKHERR. ad ordin. Cam. p. 3. tit. 42. n. 5. & 6. & in Vindic. tit. 29. n. 159. add. SCHWANM. Proc. Cam. lib. 1. cap. 71. n. 2. conf. etiam infra not. Sect. 2. §. 6. lit. o.

(h) Quarum nomine hic etiam veniunt advocatorum salaria, vid. l. sancimus. 15. Cod. de iudic. CARPZ. Proc. Jur. tit. 8. art. 1. n. 45. & seqq.

(i) Idque etiam in posteriori casu, licet reus succubnerit. vid. l. properandum. 13. §. 2. Cod. de iudic.

(k) BRUNNEM. Proc. civ. cap. 4. n. 3.

(l) Vid. cap. 1. de dol. & contum. in sexto add. CARPZ. d. tit. 8. art. 1. n. 28.

(m) LUDOV. Einleitung zum Civil-Proc. cap. 11. §. 2.

secundo, reo etiam concessa facultas respondendi ad intentionem actoris, suamque exceptionem probandi, & petendi, ut etiam in causa principali pronuncietur, (n) quo facto, absolvitur ab actione, (o)

§. IV.

Posteriori vero casu, si reus in citationis termino non compareat, (p) perspicuitatis ergo sequens distinctio adhibenda: Reus aut ad dilatoriam citationem, aut ad peremptoriam emanet. Priori casu, solum renovatur citatio, D expen-

(n) Sc. de jure novissimo authenticar. & jure Canonico. Alias sciendum, quod super hoc puncto jura reperiantur diversa, sc. jure Digestorum, actore absente, etiam post litem contestatam, nunquam ad definitivam procedi poterat, vid. l. nam post editum. 75. §. 1. ff. de judic. Jure Codicis, ita quidem si lis erat contestata & causa instructa, ut de ejus meritis judici constaret, l. propevandum. 13. §. 2. Codic. de judic. Jure vero novissimo authentic. & canon. quandocumque hoc reus petierit, & sua jura produxerit, sive cum actore lis fuerit contestata, sive non, vid. auth. qui semel C. quom. & quand. Nov. 112. cap. 3. Cap. causam qua. 3. X. de dol. & contumac. add. HILTROP. Proc. judic. p. 2. tit. 7. m. 2. n. 13.

(o) Exinde igitur pater, quod absolutio duplex sit, vel ab instantia, vel actione principali, illo modo perimitur quidem instantia, sed jus agendi reservatur, hoc vero omnis extinguitur actio. vid. CARPZ. d. tit. 8. art. 1. n. 10. GAIL. lib. 1. obs. 59. n. 1. & 2. § lib. 2. obs. 103. n. 6. & 7.

(p) Id quod sæpius accidit, hinc quoque in sequentibus paulo erimus prolixiores.

expensarum puncto, ad causæ principalis decisionem, re-
 jecto. (q) *Posteriori casu*, etiam expensæ quidem sunt re-
 situendæ, nihilo tamen minus & hic expensarum punctus
 itidem reservatur ad finem totius litis, (r) siquidem actor
 nunc progredi poterit in causâ principali (s). Et quemad-
 modum modus iste procedendi in causâ principali sua na-
 tura est optimus; ita quoque in foro est usitatissimus.

§ V.

Hic ad ulteriora processio in causâ principali, me
 quidem iudice, adcuratius proponi nequibit, quam si
 videamus, quid hujus ratione obtinet, tam in causis ordi-
 nariis, quam summariis, quarum nomine veniunt causæ
 exc-

(q) LUDOV. d. tr. et d. cap. 11. §. 5.

(r) LUDOV. d. tr. § cap. 5. 7.

(s) Vid. l. 13. §. 3. C. de iudic. & cap. 4. X. de dol. & contum. ubi in d.
 §. 3. dicitur, per absentiam rei contrahi eremodiciam, id quod
 significat litis desertionem. Aliter de hac materia differit KO-
 CHIUS ad O. C. p. 3. tit. 43. n. 9. Statuendo: quod de iure
 communi non possit procedi in causâ principali ad sententiam de-
 finitivam contra reum, sed solum ad immissionem vel alias
 poenas iudicis arbitrio imponendas, nisi post litis contestati-
 onem contracto eremodicio, add. GAIL. lib. 1. obs. 59. n. 4. in
 quo casu loqueretur d. l. *properandum* 13. §. 3. Cod. de iudic. & l. *con-*
sent 8. C. quomodo & quand. Judex. secus vero esse in causâ
 appellationis, ubi hoc speciale esset, propter l. *fin.* §. *illud*. 4.
vers. quia. Cod. de temporib. appel. cap. *per tuas*. 58. X. de appellar.
 Quamvis deinde dicto loco n. 10. adstruere teneatur, quod &
 in

executivæ , (*l*) cambiales , (*u*) consistoriales , (*x*) & concursus creditorum. (*y*) Et tandem paulisper differamus quid & in criminalibus observetur.

§. VI.

In causis ordinariis tum (*z*) lis habetur pro negative contestata , actore id petente. (*aa*) Hinc omnes exceptiones dilatorias reus amittit , quippe quæ ante litis contestationem opponendæ erant (*bb*) , atque ita amissa facultate obiciendi exceptiones dilatorias , statim tenetur respondere causæ principali (*cc*) actore interim in probanda sua intentione pergente , v.g. articulos ad formanda

D 2

in-

in hac materia lis habeatur pro negative contestata in contumaciam , atque ita perinde esset , ac si fuisset contestata. *arg. l. 2. C. ubi in rem acto.*

(*l*) Vid. LUDOV. *civil-proc. cap. 3. §. 1.*

(*u*) Vid. LUDOV. *Wechseleproc. cap. 6. §. 1.*

(*x*) Vid. LUDOV. *Consistorial proc. cap. 8. §. 1. & 2.*

(*y*) Vid. LUDOV. *Concurs-Proc. cap. 2. §. 2.* In reliquis vero judiciis summaris v. g. iudicio provocationis ex l. diffam. & l. si contendat &c. quia fere eodem modo , quo in processu ordinario , proceditur ad ulteriora in causa contumaciæ alterutrius partis ; Hinc quoque impræsentiarum eam materiam transivimus silentio.

(*z*) Vid. §. penul.

(*aa*) Conf. *d. l. 13. §. 1. C. de Judic. Rec. Imp. noviss. de Ao. 1654. §. würde hierauf ; 6. GAIL. lib. 1. obs. 59. n. 7.*

(*bb*) Vid. *Rec Imp. nov. §. wäre es dann 38.*

(*cc*) Vid. LUDOV. *Civil-proc. cap. 11. §. 8.*

interrogatoria reo communicando , instrumenta testelive
produciendo.

§. VII.

Et hæc de rei contumacia in non-veniendo. Econ-
tra contumacia in non respondendo contentis libelli, coer-
cetur hac poena , ut respondere nolens habeatur pro
confesso , (dd) sc. ad petitionem actoris, (ee)

§. VIII.

In causis executivis , reo non comparente , quidem
plerumque supplicatur pro decernenda executione, sed
hæc adhuc denegatur. Idcirco etiam multo prudenti-
us actor ageret , si reum contumacia accuset , petatque,
ut iterato citetur , adnexa hac comminatione: Quod si
in posterum non compareat , documenta producta pro
recognitis sint habenda , (ff) ac consequenter executio
de-

(dd) Vid. l. ii. §. 4. ff. de interrogat. ibique GOTHOFRED. in
not. add. sect. 2. §. 26. not. litt. (cccc)

(ee) Vid. MEV. p. 3. des. 390.

(ff) In processu ordinario si reus peremptorie citatus recogniti-
onem instrumentorum declinat , illa quoque pro recognitis
quidem habentur, atque ex officio causa pro conclusa accepta-
tur. Non tamen statim ut in processu executivo , decernitur
executio , sed reus prius ad solutionem definitive conde-
mnatur. Vid. GAL. lib. 1. de Pac. Pobl. cap. 15, n. 15. MEV. ad Jus
Lubec. lib. 3. tit. 1. art. 1. n. 33.

decerni debeat, (gg) cui demum petito iudex deferre tenetur. (hh)

§ IX.

In causis cambialibus, si citatus non comparet, condemnatur in expensas, (ii) & secundo citatur sub poena recogniti, quo facto, si se iterum non sistat, literæ cambiales pro recognitis habentur, atque ita juxta severitatem juris cambialis, i. e. personali arresto, proceditur. (kk)

§ X.

In causis Consistorialibus, (ll) etiam quidem distinguendum; utrum in termino emissæ citationis actor non agat, utrum vero reus non compareat; Nihilo tamen minus & priori, & posteriori casu, proceditur eodem modo, quo in causis ordinariis, (mm) hac tamen cum animad-

D 3

ver-

(gg) Vid. LUDOV. in civil-proc. cap. 3. §. 14.

(hh) LUDOV. d. loc. qui casus ultimus ubi reus sub poena recogniti vel peremorie denuo citatus, non comparet, proprie huc spectat; vid. §. proc. 4. §. 5.

(ii) Vid. LUDOV. Einleitung zum Wechsels-Proc. cap. 8. §. 3.

(kk) Vid. LUDOV. d. cap. 8. §. 4. Hic repetenda sunt ea, quæ notata ad §. proc. lit. hh. add. LUDOV. d. §. 4.

(ll) Sc. ratione causarum matrimonialium ita vulgo dictarum, non etiam intuitu civilium: Quia quantum ad has, nihil diversi obtinet in consistoriis. Vid. LUDOV. Consistorial-proc. cap. 11. §. 1. §. 2.

(mm) Vid. cit. Consistorial-proc. cap. 11. §. 2. 3. §. 4.

versione: quod, quia hæ causæ, plerumque tractantur summarie, (nn) idcirco etiam regulæ processuales ceteroquin usitata, non ita stricte attendendæ sint. (oo) In processu desertionis, ita proceditur ulterius. Nempe deserens citatur peremptoria citatione, trium citationum terminum continente. Ad hanc si non compareat, declaratur pro confesso & convicto; quo facto, matrimonium dissolvitur, ac Magistratui ad puniendum reservatur. (pp)

§. XI.

Quemadmodum alias ubique; ita etiam in causis consistorialibus supponendum citationem rite fuisse iniunctam, & contumaciam non comparentis accusatam. (qq) Alioquin fere nunquam proceditur ad ulteriora juxta illud brocardicum vulgatum: Contumacia, non accusata, non nocet. (rr)

§. XII.

(nn) Vid. MATTH. STEPH. de Idict. lib. 3. p. 1. n. 21. CARP-ZOV. lib. 3. def. 27. & seq. MEV. p. 3. dec. 217. n. 5.

(oo) Vid. LUDOV. d. cap. 11. §. 5. ratio vero quare consistoria præcipue in causis leviuscis, non ita præcise ad regulas processus ordinarii, adstricta sunt, est; ne litigii sumtus & damnum, ipsius causæ æstimationem forsan excedant, Vid. CARP-ZOV. Jpr. Eccles. lib. 3. tit. 2. def. 20 n. 4.

(pp) TITII Probe zum teutschen geistl. Recht. lib. 5. cap. 6. s. 14.

(qq) Vid. l. contumacia. §. 1. ff. de re judic. MEV. p. 3. dec. 222. & 226. GAIL. lib. 1. obs. 55. n. 7.

(rr) per textum in l. properandum. 13. §. 8. & siquidem. 2. Cod. de iudic. add. l. consentaneus. 8. cod. quomodo & quand. officium nam;

§. XII.

Sed notanter diximus fere nunquam procedi ad ulteriora, si contumacia non fuerit accusata. Hinc quaeritur: An iudex etiam ex officio (ss) contumacem possit punire, eoque ipso ad ulteriora progredi? Et respondetur, quod sic. Quia ubique iudicis est, procedere ex officio, in facto delictove, publicam tranquillitatem directo tangente (tt).

§. XIII.

Ratione causarum concursus Creditorum, omnium primo sciendum, quod licet inverso ordine, hic actores citentur,

namque iudicis non requisitum regulariter cessat. v. l. 4. §. hoc autem. ff. de damno infecto. ZASIVS add. l. properandum. 13. §. fin. n. 23. GAIL. lib. 1. obs. 55. n. 6. ceteroquin hic notandum, quod illud brocardicum ratione termini probatorii non attendatur, vid. LUDOV. Einleitung zum Civil-proc. cap. 15. §. 11. add. ejusdem Einleitung zum Lehnes-Proc. cap. 6. §. 10. ubi de terris Borussiae, & quod etiam in Camera Imperiali idem regulariter observetur. vid. infra not. sect. 2. §. 3. lit. l.

(ss) Si v. g. ex mora quapiam oriretur scandalum, publicumve adfit interesse, uti in criminalibus.

(tt) Vid. LUDOV. Consistorial-Proc. cap. 13. §. ult. in fin. nam in genere dicendum, quod eatenus iudicis officium & potestas sese extendat, quatenus hoc vel illud facit ad conservationem tranquillitatis publicae. Quia hujus ergo ex naturali statu itum est in civilem. Vid. PUFENDORF. de O. H. & Civ. lib. 2. cap. 6. §. 11. ibique Dn. WEBER in not. Sed haec omnia hic incidenter dicta sint, quippe qua multo accuratius ad tractationem praesed. general. referenda.

tentur, (uu) quorum tamen comparere & causam finire, interest, (xx) adeoque non ita facile accidat, ut ob contumaciam eorum non comparentium procedi possit ad ulteriora; Nihilo tamen minus quandoque fiat, ut iudex ceteraque partes litigantes prodeant ulterius, vel ratione creditorum, vel debitoris, heredumve ipsius, vel contradictoris, contumaciter emanentium. Videamus hoc paulo clarius.

§. XIV.

Nimirum Creditores statim citantur in prima citatione edictali, terminum trium citationum complectente, vel etiam tertia citatione, (yy) sub poena præclusi, perpetui silentii, siue sub præiudicio. (zz) Hinc unus alterve si contumaciter emanat, reliqui in causa pergunt, i. e. puncto liquidationis & prioritatis, (aaa) eoque ipso non-comparentes censentur præclusi, i. e. non veniunt in concursum, Id quod quidem de rigore juris ita observari deberet, (bbb) nihil

(uu) Vid. LUDOV. *Concurs-Process.* cap. 3. §. 1.

(xx) Vid. LUDOV. *d. cap. §. 7. add. BRUNNEM. Proc. Concurs. creditor. cap. 2. §. 1. & 5.*

(yy) Vid. COCH. *prax. for. germ. p. 4. c. 2. §. 7. add. LUDOV. d. cap. §. 9.*

(zz) Vid. LUDOV. *d. cap. 3. §. 12. add. BRUNNEM. d. cap. 2. §. 3.*

(aaa) Vid. LUDOV. *Concurs-Proc. cap. 8. §. 1.*

(bbb) BRUNNEMANNUS in suo *Processu Concursus Creditorum*

nihilò tamen fecius , prioritatis sententia demum publica-
ta, ut plurimum sequitur præclusio. (ccc)

§. XV.

E contrario, si a parte creditorum documenta sint
producta, illa a curatore bonorum, vel contradictore,
(ddd) in termino sunt recognoscenda, aut jurato diffi-
tenda, alioquin pro recognitis habentur, ac eodem mo-
do, quo in processu executivo in casu contumaciæ fieri
assolet, proceditur. (ccc)

§. XVI.

In causis criminalibus, sequentes casus ab invicem
quam accuratissime sunt separandi. Nimirum, denuncia-
tus sive criminis perpetrator, vel aufugit statim post deli-
cti commissionem, vel in vincula quidem est coniectus,
sed, effracto carcere, sibi fuga consuluit, vel denique ad-
huc in vinculis detinetur. *Primo casu*, subdistingendum,

E

aut

rum, cap. 3. §. 11. hoc casu quidem requirit, ut sententia præ-
clusiva prius feratur, ac decernatur citatio creditorum ad dedu-
cenda jura prioritatis; Sed ipse tandem in eodem §. concedere
videtur, ut, etiamsi nulla sententia præclusiva fuerit lata,
tamen ceteri ut contumaces, præclusi intelligantur.

(ccc) Idque vel expresse vel tacite, vid. LUDOV. d. tract. cap.
14. §. 2. add. MEV. p. 1. dec. 134. & in Discuss. Levam. Inop.
debitor. cap. 3. n. 130. & 132. ubi habetur: sufficere, modo lata
sit sententia in concursu, licet expressam præclusionis mentio-
nem non faciat.

(ddd) Regulariter enim has duas personas unus sustinet. LUDOV.
Concurs-Proc. cap. 4. §. 2.

(ccc) LUDOV. d. tr. cap. 5. §. 5. & §. 6. in f.

aut probabile est perpetratores in vicinia latitare, (fff) quo casu literæ patentis incarcerationis (ggg) circumcirca ad vicinos magistratus quandoque ablegantur, (bbb) tum sc., cum pœna corporalis locum habet, (iii) Aut de latitacione denunciati nulla habetur certa scientia, ubi aliud remedium non suppetit, præterquam citatio edictalis, (kkk) Ad quam denunciatus interdum supplicat pro salvo conductu, (lll) vel in termino citationis plane non comparet.

§. XVII.

Hoc ultimo casu, probe distingendum inter Jus Romanum & mores hodiernos. Juxta dispositionem Juris Romani, aufugiens annotatur, i. e. inter reos referatur, bona ejus obfignantur, ac prospicitur, ut ex illis aufugiendi nihil porrigatur, deinde si elapso anno, a citationis edictalis tempore computato, denunciatus se non sistat, bona illa adnotata fisco acquisita sunt, & sequitur infamia (mmm). At juxta mores hodiernos, & quidem extra

(fff) Præsumtio hæc desumitur exinde, si quis post perpetracionem delicti confestim aufugit, vid. LUDOV. Einleitung zum Criminal-Proc. cap. 3. §. 2. princ.

(ggg) Hæ literæ patentis incarcerationis, vocantur *Stock-Brive* seu quarum exemplar vid. apud LUDOV. d. loc.

(bbb) BRUNNEM. Proc. Crim. cap. 8. membr. 1. n. 12.

(iii) Vid. LUDOV. d. cap. 3. §. 3.

(kkk) LUDOV. d. cap. 3. §. 6.

(lll) LUDOV. d. cap. 3. §. 7. usque 22.

(mmm) Vid. BRUNNEM. Proc. Crim. cap. 8. m. 6. n. 2. add. LUDOV. Einleitung zum Peinl. Proceß d. cap. 3. §. 23.

Extra Saxoniam, ultra hanc adnotationem bonorum non proceditur (*nnn*), sed solum expectatur occasio captandi aufugientem, quæ si non detur, judici supremo ille derelinquendus est.

§. XVIII.

Simili modo proceditur *secundo casu*, ubi inquisitus carcere excessit, postquam ille edictaliter citatus non comparuit.

§. XIX.

Si denique *tertio* inquisitus adhuc in vinculis detinetur, nonnunquam accidit, quod ille *vel* plane non, *vel* tamen ambigue ac obscure respondeat ad articulos inquisitionales. *Priori casu*, distinguendum inter crimina leviora & capitalia: in illis, captis pignoribus, vel multæ indictione, poterit compelli ad respondendum; (*ooo*) In his vero legitimis indicis existentibus, devenitur ad torturam: (*ppp*) Et hac ratione etiam *posteriori casu* procedi posse cenſeo. (*qqq*)

FINIS SECTIONIS PRIMÆ.

E 2

SE.

- (*nnn*) Vid. BRUNNEM. *d. cap. & m. n. 3.* LUDOV. *d. cap. 1. 24.* nisi in crimine læsæ majestatis, ubi confiscatio adhuc obtrinet. Vid. BRUNNEM. *d. cap. & n. 3. in f.*
- (*ooo*) Vid. BRUNNEM. *Proc. Crim. cap. 8. m. 1. n. 78.*
- (*ppp*) Vid. BRUNNEM. *d. cap. & m. n. 79. & 80.* LUDOV. in *Proc. Criminal. cap. 5. 1. 10. & cap. 9. 1. 3.* Ceterum Doctores adhuc controvertunt de gradu torturæ hoc casu adhibendo. Vid. LUDOV. *d. cap. 5. 1. 13.*
- (*qqq*) add. BRUNNEM. *d. cap. & m. 1. n. 81. & CARPZOV. Pract. Crimin. p. 3. qn. 106. n. 74. & qn. 113. n. 55. cum seqq.*

SECTIO SECUNDA.

DE

JURE ULTERIORUM,

RATIONE JURIS ET PROCESSUS

CAMERÆ IMPERIALIS.

§. I.

OMnis causa, debitas qualitates (*a*) ceteroquin habens, devolvitur ad judicium Camerale, vel in prima, vel secunda instantia. *Priori* modo, per viam vel simplicis Citationis, vel mandati: *Poster-*

(*a*) Quæ existunt, quando causa primæ instantiæ concernit personas, vel res Camerae Jurisdictioni immediate subjectas, v. gr. si membrum vel status Imperii, vel Clerici ratione honorum sive feudorum immediate Imperio subjectorum, conveniendi sunt: vel si solum factum fundat jurisdictionem cameralem, uti fit in causis fractæ pacis & fiscalibus, ratione pœnæ, banni & violationis Privilegiorum Cæsar. vel etiam, si causa præter personarum immedietatem reliqua quorundam peculiarium Imperii constitutionum requisita habeat; ut causæ mandatorum, litigiosæ possessionis, pignorationum, & de arrestis illicitis; Per modum adpellationis denique, causæ membrorum Imperii immediatorum ad

steriori per modum adpellationis. (b) Quemadmodum citatio unum est ex substantialibus uniuscujusque processus speciei; (c) Ita quoque in Imperiali Camera in causis & primæ (d) & secundæ instantiæ, reus necessario citandus est.

E 3 §. II.

ad Cameram deferuntur, si hæc Austrægis gaudent, vel aliud iudicium primæ instantiæ v. gr. Rothvivilense vel Proviaciale habent: Lites vero subditorum mediatorum, juxta jura de non-adpellando statibus competentia regulantur.

(b) Hæc ceteroquin sic efferuntur: ut vel per modum simplicis querelæ, vel adpellationis causa ad cameram deferatur. Atque ita simplex querela adpellationi opponitur. Vid. C. O. C. p. 3. tit. 4. §. 11. BLUM. Proc. Cam. tit. 25. n. 65. §. 66. Sed minus accurate. Vid. Perillustri Dominus Adfessor de LUDOLF. Comment. Systemat. juris Cameral. princ. §. Sect. 1. §. 2. n. 1. §. 2. add. DECKHERR ad TENNAGEL. procm. Item Class. 4. princ. COCH. Prax. for. Germ. p. 1. cap. 1. §. 14.

(c) Vid. LUDOV. Einleitung zum Civil-Process. cap. 7. §. 2. GAIL. lib. 2. obs. 48. n. 1. §. 2.

(d) Atqui mandata C. & S. C. decernuntur absque citatione prævia partis adversæ. Sed responderetur, quod hoc non obstante, reus priusquam in pœnam mandato insertam condemnari possit, citandus sit, & hinc etiam utriusque mandato statim adnectatur citatio, & quidem in priori casu ad producendum exceptiones contra mandatum directas, si sc. quis se gravatum eo putaverit, in posteriori vero, ad docendum, quare in casu non præstitæ partitionis declaratio pœnæ fieri non debeat. Vid. BLUM. Proc. Cam. tit. 34. n. 19.

§. II.

Itaque si actor vel adpellans in hocce citationis termino non agat, (e) reus vel adpellatus e vestigio, mediante recessu, petere debet proclama, (f) vel ad minimum intra proximas sex juridicas. (g) Ceteroquin effluxis hifce sex juridicis a termino reproductionis computatis, ob non petitum proclama terminus (h) habetur pro circumducto. (i) Proclamate vero decreto, adhuc sex juridicæ expectandæ, quibus elapsis, proceditur demum in contumaciam. (k)

§. III.

(e) i. e. impetratos & insinuos processus non reproducat. A quo etiam terminus iste audit terminus reproductionis,

(f) Vid. C. O. C. p. 3. tit. 51. princ.

(g) Vid. BLUM. Proc. Cam. tit. 66. n. 27.

(h) Conf. BLUM. d. tit. n. 9.

(i) Vid. BLUM. d. tit. n. 12. § 27. de jure vero civili, si in ipsa citationis termino non comparebat actor, statim habebatur citatio pro circumducta. Vid. l. 73. §. 1. & 2. ff. de judic. add. Sect. 1. §. 3.

(k) Vid. BLUM. d. tit. 66. n. 12. SCHWANM. Proc. Cam. ibique not. lib. 1. cap. 72. n. 18. & lib. 2. c. 14. n. 16. princ. idque vi G. B. de 17. Aug. 1574. add. DENAIS. Jus Cam. tit. 102. §. 1. Adeoque patet, quod illud non tam ex lege, quam inveterata consuetudine in legibus non correctæ, ita observetur. Vid. DECKHERR. in not. ad obf. MAGENHORST. 17. ibique Perillustres Du. Adfessor de LUDOLF.

§. III.

Simili modo si reus vel appellatus in citationis termino non comparet, actor sive adpellans in suo reproductionis recessu petit proclama (1) verb. Weil terminus gewesen / so will erscheinen / vernehmen / nemine comparente, bitte ruffen / eo decreto & facto, ulteriora reservans.

§. IV.

Et quemadmodum in priori casu, ubi in termino reproductionis actor non agebat, integrum fuerat petere proclama, vel ad minimum intra proximas sex juridicas a termino illo computatas. Quin etiam post decretum proclama, adhuc sex juridica erant expectanda, donec procedi poterat in contumaciam; Ita & hoc casu

(1) Ratio, quia in Camera Imperiali nulla sententia ferri potest in contumacem in non comparendo, nisi prævio proclamate, per sententiam, si insinatio processus rite facta est, decernendo. Vid. Dn. de LUDOLF. Comment. Syst. n. 11. pag. 272. & ad observat. MAGENH. 17. add. BLUM. Proc. Cam. d. tit. 66. n. 21. Exinde igitur elucet atque hic notandum venit, 1.) quod proclamati demum locus sit in contumacia plane vel nunquam comparentis. Nam in contumacia non procedentis aut non agentis, proceditur contra procuratorem constitutum, Vid. KOCH. ad O. C. p. 3. tit. 42. n. 3. § 4. 2.) Quod brocardicum illud: Contumacia non accusata non nocet, in reliquis casibus in summo isto dicaferio non locum habeat: Quia quivis terminus ibi est præjudicialis seu peremptorius. Vid. C. O. C. p. 3. tit. 10. §. 2. 4. § 10. Conf. Sect. 1. §. 11. lit. (rr)

su idem requiritur, antequam contra reum adpellatum-
ve procedi poterit ulterius. (m)

§. V.

Sed bonæ methodi regulæ nunc suadent, priusquam
trauseamus ad demonstrandam rationem procedendi ad ul-
teriora in summo hocce dicasterio usitam in casu contu-
maciæ partium litigantium, ut probe distinguamus in-
ter causas primæ, & secundæ instantiæ, & intuitu illa-
rum rursus subdistinguamus, inter causas citationum, &
causas mandatorum, rum S. tum C. C.

§. VI.

Et quidem, *in causis Citationum* ante omnia viden-
dum, utrum actor in termino reproductionis non agat:
utrum vero reus in illo non compareat? Nam postquam
in priori casu, uti dictum, impetratum est proclama & sex
juridicæ post illud decretum & factum sunt elapsæ, (n) al-
ter-

(m) Ex hoc igitur paragr. & præcedentib. videre est, quod ordi-
natio Cameralis quoad processum contumaciæ non distinguat
inter actorem & reum, add. GAIL. *lib. 1. obs. 59. n. 7.* uti jus
commune, ceu supra in locis congruis ostensum.

(n) Hic quaeritur; An illi dies pro continuis: an vero ad mini-
mum ultima dies juridica pro utili sit habenda? Ratio dubi-
tandi est, quod actor sexta juridica comparens, ob ordinis vero
defectum citationem reproducere nequens, adhuc septima
juridica audiri debeat. Sed respondetur, sex illas juridicas pro
continuis esse habendas, quia ordinatio cameralis præcise ac
simpliciter de sex juridicis loquitur, ac non etiam requirit, ut in
sexta juridica ordo tangere debeat procuratorem. Vid. C. O. C.
p.

ternativa via *vel* absolutionis à citatione, (o) *vel* procedendi in causa principali ad absolutionem ab actione, semper reo patet. (p) Hinc iste petet *vel* absolutionem à citatione (q) cum refusione expensarum damnorumque per iudicem decernendam. (r) Quo casu tamen citationem sibi insinuatam

F

repro-

p. 3. tit. 51. princ. RODING lib. 3. tit. 53. §. 19. *BLUM. Proc. Cam.* tit. 66. n. 13. SCHWANM. P. C. lib. 1. cap. 72. n. 19. § 20.

(o) Von der instanz / dem Gerichts- Stande / oder von der Lösung / quæ vocabula sunt synonyma. Vid. O. C. de An. 1594. tit. 51. princ. § 1. Hinc inter absolutionem à citatione, & absolutionem ab instantia sive observatione iudicii perperam fingitur differentia à MINDANO de Mandat. cap. 20. n. 8. § ex eo à KODING. Pandekt. Cam. lib. 3. tit. 54. §. 3. vid. *BLUM. Proc. Cam.* tit. 66. n. 48. adde & supra notata sect. 1. §. 3. lit. g. conf. etiam DECKHERR in vindic. tit. 29. n. 159.

(p) Arg. C. O. C. tit. 51. §. 1. *BLUM. d. tit.* 66. n. 49.

(q) Vel etiam reproductionem partis adversæ expectare potest, & deinde de circumductione excipere, id quod frequentius fieri adsolet, RODING. Pand. Cam. lib. 3. tit. 52. §. 6. Sicuri etiam in adpellationibus fere nunquam, vel tamen perraro fit, quod absolutio ab instantia petatur, cum citatus ex fatalium lapsu sine tali accusatione meliori manu adquirat absolutionem, sc. per subsequenter desertoriam, cui etiam regulariter condemnatio in expensas adnecti solet. Vid. C. O. C. p. 2. tit. 33. §. 7. RODING. d. lib. 3. tit. 54. §. 2.

(r) Vid. C. O. C. p. 3. tit. 51. princ. G. B. de 12. Novemb. 1661. quæ absolutio a iudice non ex officio, sed ad petitionem partis litigantis fieri debet: Quia hoc pertinet ad jura partium. Conf. GYL-MANN. voc. absolutio a citatione, §. absolve in termino, KOCH. ad O. Cam. p. 3. tit. 42. n. 14.

reproducere debet, (r) ut ex ea, de praesentia termini citationis constet. (t) vel procedet in causa principali, quae via, si electa est, rei procurator quovis tempore id judicialiter indicare: ac principalis sui voluntatem hujus ergo verisimiliter probare tenetur. (u)

§. VII.

Quamvis hodie libellus vel supplica una cum citatione reo semper insinuandus sit; Nihilo tamen minus quaeritur, si adpellans (x) ad producendum libellum dilationem ad primum ulterioremve terminum usque, impetraverit, (y) atque ita libellus appellato nondum insinuatus sit, an, hoc non obstante, hic in causa principali procedere possit, dilatione illa frustra elapsa? Resp. quod non, nisi adpellationi adhaerit, aut communi adpellationis beneficio uti velit.

§. VIII.

Quo casu adpellatus libellum suum contra emanentem adpellantem una cum actis prioris instantiae producere

(r) Et quidem originaliter, respective notarii, pedelli, nunciive insinuatione postscripta.

(t) *BLU M. d. tit. 66. n. 47.*

(u) *V. d. G. B. 12. Novemb. 1661.*

(x) Nam in causis primae instantiae casus hicce forsan non est dabilis, quia in hisce non ita arctatur actor, uti in illis, ubi facta introducendae adpellationis veniunt observanda.

(y) *Per Rec. Imp. nov. de. Ao. 1654. §. twosern aber. 66.*

cere poterit, vel ad illa submittere; (z) Sicuti e contrario reus libellum actoris ejusque documenta probatoria una cum citatione sibi insinuata reproducere: adversus eundem exceptiones suas opponere: & petere debet, ut ad earundem probationem admittatur. (aa)

§. IX.

Sed quid si lis jamdum sit contestata, an actore in mora existente, reus nihilominus petere queat sententiam in causa principali, vel absolutionem? a citatione Responder BLUMIUS (bb), docente praxi, posse petere etiam absolutionem. Quamvis hanc questionem: An reus absolvi malit ab instantia; an ab actione? consilii magis, quam juris esse, rectius doceat Perillustris Dn. Adseffor de LUDOLF. (cc) Et hæc de actore in citationis termino non agente.

§. X.

Quod si vero reus in illo contumaciter emansit, atque, uti supra (dd) diximus, sex juridicæ post factum proclamata circumactæ sunt, adversus illum actori olim

F 2 tres

(z) Vid. C. O. C. p. 3. tit. 53. §. 2. & 4. BLUM. d. tit. 66. n. 72. cum seqq. Formalibus tamen adpellationis in utroque casu ad fundandam jurisdictionem prius justificatis. Vid. C. O. C. d. tit. 53. §. 3. KOCH, ad. O. C. p. 3. tit. 33. n. 3. add. infr. §. 18. § 19.

(aa) Conf. BLUM. P. C. d. tit. 66. n. 50.

(bb) d. tit. 66. n. 61.

(cc) In Comment system. pag. 457. princ.

(dd) §. 3. & 4. h. scilicet.

tres viæ quidem competebant, (1) ad Bannum Imperii, (2) ad immissionem in citati bona ex primo decreto pro qualitate actionis instituta, (ee) (3) ad procedendum in causa principali. Ex quibus commodissimam sibi eligere poterat actor; (ff) Sed postea per Recessum Imp. Nov. de Anno. 1654. duæ priores sunt abrogatæ, (gg) retenta duntaxat tertia via procedendi in causa principali. (hh) Videamus ergo quam ratione in hac tertia via procedatur.

§. XI.

Scilicet effluxis sex juridicis post factum proclama, judex, ad petitionem actoris, litem accipit pro negative con-

(ee) Sc. videndum an actio realis, an verò personalis intentata? in realibus tota res si petita fuerit, in totam; sin pars, in partem sic immissio. In personalibus pro mensura debiti seu quantitatis & summæ debitæ ac in libello designatæ atque petitæ sic immissio. Vid. RODING. *Paud. Cam. lib. 3. tit. 55. §. 4.* DECKHERR *ad KOCH. part. 3. tit. 42. n. 5. & ad MAGENH. obs. 54.*

(ff) Vid. C. O. C. p. 3. tit. 52. in prin.

(gg) Forsan ex hac ratione, quod per illas duas vias causa principalis nihilominus remanebat indecisa, magno cum litigantium damno. BLUM. P. *Cam. d. tit. 66. n. 54.* Interim & hodie exceptio est ratione tutorum, de qua infra §. 23. *ibique in not.*

(hh) Vid. *Rec. Imp. nov. J. würde hierauf. 36.*

contestata, (ii) actoremque ad ulteriora (kk) i. e. probationem sui libelli (ll) admittit.

§. XII.

Si itaque libellus probari debet per documenta, notandum, quod illorum scriptura & sigilla haud acceptentur pro recognitis, sed sint probanda per literarum comparationem vel duos testes, (mm) quo peracto, actor concludit, & sententiam ferri postulat; (nn) Sin contra is per testes venit probaturus articulos quosdam probatoriales ex illo desumptos actor exhibet, & commissionem petit, qua peracta, rotulum producit petendo, ut ejus sigillum accipiatur pro recognito, rotulusque publicetur & communicetur. Cui petito iudex postquam dedit, atque copia rotuli est communicata, actor concludit & pronounciari petit. (oo)

§. XIII.

Quoad causas Mandatorum S. C. prænотandum, per
F 3 decre-

(ii) Ergo exceptiones dilatoriae, quae ante litis contestationem opponendae erant, non amplius opponi possunt. Vid. C. O. C. p. 3. tit. 38. §. ferreves foll. 12.

(kk) Vid. C. O. C. p. 3. tit. 52. §. 3. Rec. Imp. nov. d. §. 36. GAIL, lib. 1. obs. 59. n. 4. Conf. etiam l. 13. §. 3. C. de judic.

(ll) Vid. Cap. 2. de confess. in sexto, add. HILTROP. Proc. Judic. p. 2. tit. 7. m. 3. n. 43. GAIL, lib. 1. obs. 73. n. 2. §. 3.

(mm) Vid. MAGENHORST. obs. 35.

(nn) BLUM. P. Cam. d. tit. 66. n. 65.

(oo) BLUM. d. tit. 66. n. 66. Qua de materia etiam evolvi meretur SCHWANMANN. P. C. lib. 1. cap. 72. n. 6.

decretum generale de 28. Jan. 1657. §. ult. dispositionem §. 160. Recessus Imp. nov. 1654. fuisse limitatam, atque statutum, quod actori integrum sit alternative (pp) petere, *vel* arctiores executoriales, sive mandatum arctius adversus reum sub poena banni (hodie pecuniaria arctiori) (qq) *vel* mandatum de exequendo adversus magistratum loci, seu directorem circuli.

§. XIV.

Ergo in reproductionis termino reo non comparente, actor petit proclama, quo decreto & facto, sex juridicis elapsis, *vel* postulat declarationem poenae, (rr) una cum
man-

(pp) Nam in causis simplicis citationis, Mandatorum C.C. & appellationum, ob non doctam nec factam partitionem haud discernuntur arctiores executoriales, sive mandatum arctius ut olim. Vid. C. O. C. p. 3. tit. 57. §. 5. Sed hujus loco, praemissis aliquot pariteriis, sequitur mandatum de exequendo, tam causam principalem, quam poenam sententiae definitivae insertam. Vid. R. Imp. nov. 1654. §. in *welchem termin.* 160. juncto §pho. *belangend die Mandata.* 76. in f.

(qq) Vid. Perillustris Dn. Adfessor de *LVDOLF.* in Comment. Syst. Sect. 2. §. 2. n. 22.

(rr) Hodie tamen in poenam declarationes non sunt frequentes, adeo, ut studiosa contumacia & oppositio nisi accedat, vix aliquod detur exemplum. Vid. Perillustr. Dn. de *LVDOLF.* d. *Comment. Syst. Sect. 1. §. 10. n. princ. pag. 154.* Interim quare in mandatis S. C. hoc casu statim petitur declaratio poenae, e contratio in mandatis C.C. prius postulanda est citatio ad

mandato arctiori. (ss) Quo casu si post decretum & insinuatam arctius, in præfixo citationis termino reus iterum non compareat, præmisso tunc proclamate, circumductisque sex juridicis ad implorationem actoris in poena dicto arctiori mandato insertam, declaratur. (tt) Vel postulabit loco arctioris, mandatum de exequendo, (uu) ad loci Magistratum, seu directorem circuli pro circumstantiarum ratione. (xx) Utrumque vero & arctius mandatum & de exequendo decernitur demum præmissis aliquot paritoris: (yy)

§. XV.

ad videndum se declarari in pœnam mandato insertam, differentiam tradit BLUMIUS in Proc. Cam. tit. 34. n. 55. & 56. DECKHERR, Sent. Cam. 225, & 285. Quamvis hanc citationem in eventum confestim adnectendam consultius foret sancire ad parcendos duplicatos insinuationis sumtus, temporisque detrimentum, commentante ita celeberrimo Domino Doctore VERGENIO, Cameræ Imperialis Advocato &c. in notis suis Ass. ad. cit. n. 55.

- (ss) BLUM. P. C. d. tit. 34. n. 170. Du. de. LUDOLF. d. Comment. Syst. pag. 152. & seq.
- (tt) BLUM. d. tit. 34. n. 172. add. SCHWANM. P. C. lib. 2. cap. 16. n. 30. inf.
- (uu) Vid. G. B. de 28. Jan. 1557. §. ult.
- (xx) Sc. Videndum an reus mediatus Imperii sit, an immediatus? priori casu exequitur magistratus loci, posteriori autem directores circuli. Nam etiam contra mediatum Imperii civem mandata S. C. quandoque decerni posse, ostendit LYNCK. de Grav. Extraj. cap. 9. p. 2. §. 49.
- (yy) BLUM. P. C. d. t. 34. n. 181. cum 3. seqq. RODING. Pand. Cam



§. XV.

In *causis* vero mandatorum C. C. elapsis, post decretum & factum proclama, sex juridicis, postulanda prius est citatio ad videndum se declarari in poenam mandato infertam. (z z)

§. XVI.

Igitur si reus citatus iterum emanat, prævio proclamate, ad instantiam actionis in poenam mandato infertam declaratur, & mandatum de exequendo decernitur. (a a a) Licet etiam quandoque comminatio declarationis poenæ, vel litis pro contestata acceptandæ, actorisque ad ulteriora admittendi, post factum proclama, & deinde rursus accusatam contumaciam facta sit, (b b b) quam termino lapso, realis paritoria, vel condemnatoria, aut tandem declaratio poenæ, & mandatum de exequendo insequitur. (c c c)

§. XVII.

In *causis* secunde instantie, sive adpellationum, discrimen faciendum inter adpellantem & adpellatum. Ille enim

Cam. lib. 3. tit. 63 §. 12. Perillustr. Dn. Adfessor de LUDOLF, in *Comment. Syst. Sect. 1. §. 6. n. 6. & sect. 2. §. 5. n. 9.* idem ad *obs. MAGENH. 55.*
 (z z) BLUM, *P. C. d. tit. 34. n. 55, add. nov. ad §. præc. 14. lit. rr.*
 (a a a) Vid. *Rec. Imp. nov. d. §. in welchem Termin &c. 160.*
 (b b b) BLUM, *Sent. Cam. n. 191.*
 (c c c) BLUM, *Sent. Cam. n. 124. & mantiss. n. 8.* DECKHERR *Sent. Cam. 225, & 285.* RODING, *lib. 3. tit. 40. §. 22.* ita supra laudatus Dn. Dr. VERGENIUS in suis adnotationibus ad BLUM, *d. n. 55.*



nim si in termino reproductionis vel plane non comparet, vel licet semel comparuerit, tamen ante vel post litis contestationem emanet, adpellatus petere poterit *vel* absolutionem a citatione, *vel* ab actione, (*ddd*) sicuti de actoris contumacia in prima instantia edoctum. (*eee*)

§. XVIII.

Et quidem *priori casu*, in citationis termino, aut etiam post illum, intra fatalia adhuc currentia, (*fff*) citationem sibi insinuatam reproducere: proclama petere; atque, post illud decretum sex juridicis elapsis, praefatam absolutionem a citatione rogabit. (*ggg*) *Posteriori* vero *casu*, ubi ab actione absolvi velit adpellatus, probe videntum, utrum sententia in prima instantia lata sit contentus, nec ne? *illo casu*, ad acta priora solummodo submitendum, atque sententiam priorem confirmari petendum. (*bbb*) *Hoc autem casu*, quando adhuc favorabilius pro

G se

(*ddd*) Vid. C. O. C. p. 3. tit. 53. princ.

(*eee*) Vid. *Supra* §. 6. §. 9.

(*fff*) Ratio est, quia non deterioris conditionis esse debet adpellatus, quam adpellans, quippe qui etiam intra fatalia adversus contumacem adpellatum procedere potest in contumaciam. Vid. C. O. C. tit. 53. §. 1.

(*ggg*) Vid. C. O. C. p. 3. d. tit. 53. §. 1.

(*bbb*) Vid. C. O. C. p. 3. d. tit. 53. §. 4.

se pronunciari potuisse cenfet, (iii) libellum suum (kkk) exhibere, ac super eo, prout de jure decet, (lll) procedere tenetur. (mmm)

§. XIX.

Sed quoniam eo ipso communi adpellationis beneficio (nnn) utitur adpellatus; Hinc quoque in utroque casu ad fundandam jurisdictionem adpellationis formalia ab illo prius sunt justificanda, an sc. ea adpellanti fuerint observata. (ooo)

§. XX.

E contrario adpellato contumace existente, adpellanti quoque procedere licet, ceu de reo contumace in prima instantia traditum. (ppp) Nimirum procedebat olim

(iii) V. g. Si tantum in sortem adpellans condemnatus, cum etiam in usuras condemnari debuisset, peter adpellatus in adpellationis instantia, ut & hæ ipsi adjudicentur. Vid. STRYK. in *Introd. ad. prax. for. cap. 23. §. 19. add. RODING. Pand. Cam. lib. 3. tit. 54. §. 10.*

(kkk) Vid. *l. fin. cod. de adpellat.*

(lll) V. gr. illum probare vel per documenta, vel per testes vid. supra §. 12.

(mmm) C. O. C. p. 3. d. tit. 53. §. 2.

(nnn) Vid. *l. ult. princ. Cod. de adpellat. STRYK. dispus. de Communione appellat.*

(ooo) Vid. C. O. C. d. tit. 53 §. 3. add. text. expr. in cap. Romana. 3. §. si vero. 3. de adpellat. in sexto, add. supr. §. 7. & 8. ibique *lit. Z.*

(ppp) Vid. supra §. 10. seqq. add. C. O. C. p. 3. tit. 54. princ. & §. 1.

lim adpellans vel 1.) ad pœnam banni, vel 2.) ad immiffionem honorum pro qualitate caufæ, ex primo decreto, vel denique 3.) in caufa principali. Sed impræfentiarum tertia via tantum eft in ufu, duabus prioribus abolitis. In qua via procedendum, ficuti adpellatus contra adpellantem progredi folet.

§. XXI.

Hinc libellus adpellantis reproductus, eft probandus per documenta, vel testes; Quin etiam fi is caufæ fuz confidat, ftatim ad acta priora fubmittere ipfi permiffum erit, eoque ipfo fententiam retractari petere.

§. XXII.

Quamvis ceteroquin docuerimus (999) poft Recelfum Imp. nov. non amplius agi poffe ad banni pœnam, vel immiffionem ex primo decreto; Attamen cum difpofitio d. R. I. Nov. §. 36. fit univerfalis, atque confet, quod pofterior lex univerfalis priorem fpecialem (ficuti hæc, quæ concernit tutores & curatores contumaces, eft) (rrr) non tollat; (sss) Hinc etiam hodie adverfus tutores five curatores in non comparendo contumaces, in caufis & primæ infantiz, & adpellationum actor procedere poterit & quidem tantum vel ad bannum, vel ad immiffionem

G 2

nem

(999) *Supra* §. 10.

(rrr) *Vid. RODING, Pand. Cam. lib. 3. tit. 56. §. 4. & 5.*

(sss) *Conf. PUFENDORF, de O. H. & C. lib. 1. cap. 17. §. 17.*

nem in illorum bona, (ttt) Rationem vero quare non etiam permiffum fit procedere in caufa principali, exhibet dubium camerale swann contra. 78. (uuu) de anno 1595.

§. XXIII.

Sed quid fi tutores curatoresque in non agendo fint contumaces, an & tum in caufa principali procedendum? Et respondetur, ex ratione in nota ad §. præc. litt. (uuu) adducta, id nunquam fieri poffe. Hinc citatus in cauffis primæ & secundæ instantiæ adverfus illos itidem procedere debet tantum ad immiffionem in illorum bona, vel ad bannum. (xxx)

§. XXIV.

Quem modum procedendi ad bannum vel immiffionem

(ttt) Vid. *Decretum generale de 30. Martii 1593. §. ult. C. O. C. p. 3. tit. 52. §. ult. SCHWANM. P. C. lib. 1. cap. 72. n. 31. § lib. 2. cap. 14. n. 20.*

(uuu) Ubi habetur. „ Quod citatorum tutorum curatorumque culpa pupillis fraudi esse non debeat, quin illorum jura intacta relinqui satius fit, & delictum non, nisi suos teneat auctores. Interim tamen haud negandum, quod in adnexa resolutione hujus dubii, clare distinguatur, inter caufas leves & graves, da Sand und Leuthe in poffefforio oder petitorio judicio gefordert werden / atque in his actoribus liberum fit, utrum in caufa principali, utrum ad bannum five immiffionem procedere velint.

(xxx) Vid. BLUM. P. C. tit. 66. n. 53, & 77. add. Du. LAUTERBACH. *Colleg. Theor. Præf. lib. 42. tit. 4. §. 10.*

onem ex primo decreto , adverfus tutores , non compa-
rentes , vel non agentes tradit BLUMIUS ; (yyy) Licet
Perilluftris Dn- Adreffor de LUDOLF in Comment. Syft.
(zzz) occasionaliter adffruat : Hancce banni pœnam ex
fftylo non amplius frequentari , fed ejus loco immiffio-
nem in tutoris bona.

§. XXV.

Hactenus differuimus de illo casu , ubi actor (aaaa)
vel reus in judicio nunquam comparuit. Sed quid fi
reus femel quidem comparuerit , & litem con-
teftatus , actoris vero libello respondere nolit , atque
ita contumax fit in non respondendo? Responderetur : Hoc
casu actor , ut libellus acceptetur pro confeffato , ac reo
via proponendi defenfionales præcludatur , petet. Quo
facto , fi interea temporis , donec judex interloquatur , (bbbb)
G 3 reus

(yyy) In Proc. Cam. cit. cit. 66. n. 56. usque 61. exclus.

(zzz) Pag. 452. lin. 11.

(aaaa) Quamvis de actore , post litis contestationem in mora exi-
stente , jam supra etiam mentio facta fit , vid. s. sed quid
fi lis, 9.

(bbbb) Id quod sequenti modo fieri adfolet vid. BLUM. sent.
Cam. n. 47. „ Sondern ihme / was sich auf den am 20. “
Octobr. jüngst eingekommenen libellum gravaminum in specie “
zuhandeln gebühret / Zeit 4. Monathe pro T. & P. von Amts “
wegen angelegt / mit dem Anhang / wo er solchem nicht “
nachkommen wird / daß alsdann der Krieg-Rechtens vor “
befestiget / die Gravamina vor bekannt an und ihme der “
Weg

reus hoc non faciat , eo ipso libellus habetur pro confesso , atque via defensionales proponendi præclusa. (cccc)

§. XXVI.

Utut vero ea ratione pro actore omnino pronunciandum sit ; Nihilo tamen minus is consultius faciet postulando , ut ad ulteriora i. e. probationem sui libelli (dddd) admittatur.

§. XXVII.

Atque ita si per sententiam interlocutoriam actor ad ulte-

“ Weg defensionales vorzubringen / hiemit benommen
 “ seyn soll 2c. & n. 69 Sst Dr. S. vorgewandten Einreden un-
 “ gehindert / was sich auf repetire narrata citationis loco libelli,
 “ in specie zu handeln gebühret / Zeit 2. Monathe pro T. & P. von
 “ Amtstwegen angefetzt / mit dem Anhang / wo er solchem al-
 “ so nicht nachkommen wird / daß alsdann der Krieg = Rechtsens
 “ vor bestätiget / die narrata vor bekant an = und ihme der
 “ Weg defensionales vorzubringen / hiermit benommen
 “ seyn soll. add. DECKHERK. Sent. Cam. n. 225. Sondern
 “ ist ex officio der Krieg = Rechtsens vor besestiget / die narrata
 “ Mandati vor bekant / auch ermelter D. G. ad ulteriora
 “ hiemit zugelassen.

(cccc) Vid. cap. 2. de confess. in sexto, C. O. C. p. 3. tit. 18. § 3. R. 1. nov. §. 39 in f. add. § 49 eod. GAIL. lib. 1. obs. 80 n. 2. MEK. p. 7. dec. 389. HILTROP. Proc. judic. p. 2. tit. 7. m. 2. n. 18. SCHWANM. Proc. Cam. lib. 1. cap. 72. n. 32. cum seqq. conf. Sell. 1. §. 7. ibique not. lit. ad.

(dddd) Vid. BLOM. P. C. tit. 76. n. 55.

ulteriora admissus est, (eeee) libellus ejus antea pro confessato acceptatus, i. e. duntaxat sicte probatus, (ffff) nunc vere, sc. per testes, documenta aliove modo probandus, atque deinde submittendum.

§. XXVIII.

Id quod ideo prudentius est, (ceu etiam in §. penultimo dictum.) Quia hoc casu, ubi sc. vere probatus est libellus, sententiam ex vera probatione latam, mediante restitutione in integrum non ita facile reus poterit retractare, ac in priori casu, ubi ex ficta probatione pronunciarum. (gggg)

§. XXIX.

Sed antequam sermoni nostro abrumpamus filum, dispiciamus prius, quam ratione contumacia ejus, qui semel comparuit & litem est contestatus, multo sit major ejus, qui nunquam comparuit. Vel ex qua causa in priori casu libellus acceptetur pro confessato, ac via proponendi defensionales præcludatur; (hhhh) in posteriori contra lis solummodo habeatur pro negative contestata.

§. XXX.

(eeee) Vid. DECKHERR. *Sent. Cam. n. 176.* „ mit dem Unhang/ro er solchem also nicht nachkommen wird / daß alsdann lis pro contestata, und die narrata pro confessis angenommen / auch Klägerin ad ulteriora gelassen werden soll. *add. d. n. 215.*

(ffff) Vid. *MTNSING. cent. 3. obs. 52.*

(gggg) Vid. *GAIL. d. obs. 80. n. 5. SCHWANM. P. C. lib. 1. cap. 43. n. 23. add. BLUM. P. C. d. tit. 75. n. 55. 56. § 57.*

(hhhh) BRUNNEMANNUS in suo *Jure Ecclesiastico lib. 3. cap. 2. §. 19.* docet: Contumaciam in non respondendo, ideo puniri pœna confessi, quia præsumitur tacite confessio.

§. XXX.

GAILIUS ad hanc quæstionem respondet: (iii) Hoc ideo receptum esse, ut, quia iudicium cum eo, qui nunquam comparuit, nondum esset inchoatum; (nam demum per litis contestationem illud proprie (kkkk) incipi.) hinc quoque libellus in contumaciam pro confessato acceptari non posset.

§. XXXI.

Ast neque hæc GAILII, neque BRUNNEMANNI ratio, quæ supra in notis præced. (llll) adferebatur, mihi videtur genuina: Quippe qui potius statuerim, hic (mmmm) meræ decisionis civilis, cuius ratio reddi non potest, (nnnn) esse exemplum. Ceu etiam in illo casu, quo quæritur: Quare in peculio adventitio filius familias, etiam patre permittente, haud testari possit, (oooo) loco rationis in voluntate Legislatoris unice adquiescendum esse, dicendum.

FINIS SECTIONIS SECUNDÆ.

(iii) D. obs. 80. n. 3. add. RODING. Pandect. Jur. Cam. lib. 3. tit. 55. §. 9.

(kkkk) Add. LYNCK. de grav. Extraj. p. 747. n. 12.

(llll) Ad §. 29. litt. (bbbb)

(mmmm) Vid. C.O.C. p. 3. tit. 52. §. 3. & tit. 18. §. 3. & tit. 18. §. 12. add. supra not. ad §. 11. litt. (kk) & (ll) & ad. 9. 25. litt. (cccc)

(nnnn) Arg. l. 20. ff. de LL. add. MEY. p. 7. dec. 389. n. 4.

(oooo) V. l. 6. pr. ff. qui testam. fac. poss. unde delatum est principium Instit. Quib. non est permitt. facere testam.

⊙ (0) ⊙

COR.



COROLLARIA.

I.

IN formando genuino conceptu de jure naturæ, non considerandus est status integritatis ante: Sed status depravationis post lapsum.

II. Quemadmodum Jurisprudentia Civilis & Ecclesiastica solum circa externa versantur; ita & Jurisprudentia naturalis.

III. CARPZOVII Doctrina de tri-
H plici

plici Ecclesiæ statu, (a) æque ac illa de duplici Principum Protestantium persona, merito rejicienda est.

IV. Quamdiu quæstio præjudicialis, utrum vocabula: feudum, feloniam, sint voces derivativæ: utrum primitivæ, non est decisa; Tamdiu, superuacaneum erit de horum similiumque vocabulorum derivatione quærere.

V. Errant, qui statuunt ad feudi substantialia non pertinere, ut Dominus retineat Dominium directum: Siquidem reservatio domini directi, translatio sive concessio domini
 nii

(a) Vid. ejusd. Jpr. Confst. l. 2. def. 247. n. 13. & 14.

*nii utilis , & promissio fidelitatis
specialis , unice constituunt essen-
tiam feudi.*

*VI. Hæc Regula vulgata: Uxor se-
quitur forum mariti , in nulla fœ-
mina , marito, Imperio gaudenti
nupta, obtinet ; Hinc Maritus, ut
Dominus Territorialis , ei statuet
forum competens.*

*VII. Sententia vulgaris , ex qua suc-
cessor jure proprio succedens , sui
antecessoris facta præstare non te-
netur , nisi consenserit , vel utili-
tatem ex iis sentiat , haud firma
nititur fundamento.*



H 2

Musa,

Musa, Domus gaudet, fidi gau-
dentque Sodales,
WALD SCHMITDI ingeni-
um non latuisse diu;
Dignus enim multò ante fuit superare
Cathedram,
Ergone perficias! **TE ULTE-
RIORA** manent.

Paucis hic fugitivo calamo Dno. **CAN-
DIDATO** gratulari voluit,
debuitque vitæ, studiorumque
Socius atque Cultor intimus
JOH. ANDREAS DIETZ. Lt.
Et Cam. Imp. Advoc. Ordinar.


CORRIGENDA ET ADDENDA.

In præfat. lin. 23. leg. im præsentiarum pro in præsentiarum. in *Conspectu
Tract. gen. in summar.* 13. adverb. Juris procedendi, add. ad ulteriora.
Seltz. 2. §. 2. lit. (i) inf. adverb. §. 3. add. ibique not. & in not. lit.
(k) lin. 1. del. ibique not. §. 6. lit. (o) leg. C. O. de Ao. 1495. tit.
18. & add. C. O. C. p. §. tit. 51. & c. pro O. C. de an 1594. §. 9. lit. (cc)
leg. p. 451. pro 457. §. 10. lit. (gg) leg. de qua infra §. 22. pro 23.
§. 12. lin. 2. leg. accep-tentur, pro accep-tentur. eod. §. lin. 6. leg. ve-
nit probandus, pro venit probaturus. §. 14. lit. (rr) lin. 12. leg.
celeberrim. pro celeberrim. in *textu h.* §. lin. 8. leg. in pœnam, pro
pœna. §. 16. lin. 2. leg. ad instantiam actoris pro actionis. §. 30.
lin. 5. leg. accep-tari, pro accep-tari.



X2424274







Cam.
1728/5-5
485
100

DISSERTATIO INAUGURALIS JURIDICA,
DE
JURE
ULTERIORUM
QUAM
ADJUVANTE DIVINA GRATIA
EX DECRETO
ILLUSTRIS FCTORUM ORDINIS
IN
ALMA LUDOVICIANA
PRO LICENTIA
SUMMOS IN UTROQUE JURE OBTINENDI
HONORES ET PRIVILEGIA
DOCTORALIA,
AD DIEM 24. NOVEMBRIS MDCCXXVIII.
EXCELL. ACAD. PROCERUM
PUBLICO EXAMINI SUBMITTIT
GEORGIUS WILHELMUS
WALDSCHMIDT,
WEZLARIENSIS.

GIESSÆ,
Typis Vid. Jo. Reinh. Vulpilii, Acad. Typogr.

Joan. Leubach